Ad Hessonis commentarium de concilio Remensi a. 1119.

Ex vita S. Hugonis ep. Gratianopolitani (+ 1. April. 1132), quam hortante Innocentio II inter annos 1134 et 1137 composuit Guigo prior Carthusianus. Acta SS. April. I. 44.

Defuncto autem Honorio, cum per tyrannidem et schismaticam rabiem, non suis meritis sed cognatorum et fratrum fultus praesidiis, Petrus Leonis adversus Nostram innocentiam, quae beatae memoriae Honorio successerat, emersisset atque hoc vir Dei certissime comperisset; morbis licet, ut diximus et aetate consumptus; zelo tamen domus Dei, cuius diligebat decorem, perrexit Anicium[1], ut eundem cum aliis episcopis excommunicaret schismaticum. Quae profecto excommunicatio propter auctoritatem tanti [illegible] contulit multum et [illegible] catholi[illegible] — 1130

[1] seu Podium B. Mariae in Arvernia, Puy.